gatiōis i eodē ſenſu. i. ſale ɔdire: t ſcribit p duo l. cū faciat
ſupinū i ſuz vt vello vulsuz. nā ſi ſcriberet p ſimplex l. fa-
ceret ſupinū in tū. vt colo cultū: vt ſupra dixi i p̄teritis ter-
tie iugatiōis veniētib? a desinētib? in lo. Sifemia: Sic i
eādē paludē multi pisciū ſalliedoz cā a nauib? ſemionu-
ſis cōmeāt. A ſallio ſalliedoz dixit: nō ſallēdoz. Salu.i
3. hilo. Parte ɔſupta reliqua cadauerū ad diuturnitatē
vſus ſalleret. ſalleret dixit a ſallo: nō a ſallio. ſilr t Lucil.i
9. ſallere murenas mercē in frigidaria ferre. Inde eſt
etiā futuri t̄pis p̄ticipiū ſalliturus: ſalſurus. Inuenit etiā
pſallo pſallis pſalli pſallere p pf. t duo l. t caret ſupio ter-
tie iugatiōis. Paulus ad Lborin. Pſallā ſpū pſallā t mē-
te. vñ versus. Sallo ſallo cibū: ſallio pede: cātica pſallo.
Sallo facit ſalli: ſallui ſallio: pſallo Dat pſalli ſalui ſalio
ſalyq; ſaliui. Sallo facit ſalsuz: ſallitū ſallio: ſaltū Dat ſa-
lio: pſallo tū manet abſq; ſupino. C Hic attēde q̄ cābio
cābis fać cāpſi cāpſuz. vñ cāpſo cāpſas antig dixerūt. Itē
vſualr dř cāpſoz cāpſoris. Itē ſingultio ſingultis fać ſin-
gultiui ſingultū. Amicio cis. ciui. amicire facit amictuz: t
cor. penl. amicis: ſz vltimā pdu. desinit eni i is. pdu. ſicut
audis t alia v̄ba q̄rte iugatiōis: ſz amicis nomē pdu. pe.
vñ versus. Si nudos amicis xp̄i potieris amicis. vñ p; q̄
amicif pdu. penl. ſic audiē. Diere. 43. Sic paſtor amicit
Quid.5. methamor. Ipſe ſibi ablatis fuluis amiciet i alis.
Itē veneo venis veniui: venū ē cōpositū ex venū t ex eo
iſ. ſz nō ex venū. inq̄tū ē ei? ſupinū. Inuenit ēt venū ois
ge. t idecli. vt hec res ē venū. i. venalis: t ita ē de cōponēti
bus illius v̄bi. Eſt t venū ſupinū eiusdē v̄bi: vt frumētuz
mittiē venū. i. ad vēdēdū: t ſic venū ē figure decōposite:
ſz i p̄ia acceptiōe ē figure ſimplicis. Potior ēt facit poti-
tus: qđ oliz fuit tertie iugatiōis: largior largit?: ptior par-
tiris ptit?. Orioz oriris ē q̄rte iugatiōis: ſed adhuc t̄z de
tertia orit?: t p̄ticipiū p̄teriti t̄pis ort? ſuz: t ſupinū ortū: qđ
iuenit ēt oritū: id oritur?. Morior aut ſuit q̄rte iugati-
onis: ſz nūc ē z: facit t̄n irregulariter mortuus: ſed ſupinū
moritū: t ide moriturus. Metior aut ſacit mēſus t meti-
tus: id mēſurus t metit?: ſz mētior ſacit mētit? menti-
ens. Metor eris. paſſiuū de meto tis. fać messus. C Nō
ēt q̄ ſicut dicit Hu. i fine de eo is. oia v̄ba q̄rte iugatiō-
nis oliz faciebāt futurū idicatiui i bo. vel i boz. vñ adhuc
in theologia iuenit q̄ pp̄ha dič in psal. De? repulisti. De-
us locut? ē in ſcō ſuo letabor t partiboz ſiccimā: t cōuallē
tabernaculoz metiboz. Et in puer.ca.i. Et iprudētes odi-
būt ſciāz. Ecce ptiboz t metiboz t odiboz q̄rte iugatiōis

De formatiōe psonarū

desinūt in bor. i futuro idicatiui: s; hec antiquitas aboliuit:
et solū duo v̄ba q̄rte conjugatiōis faciūt futurū illud i bo:s.
eo et q̄o: et cōposita ab eis: excepto abio qđ nō fac̄ i bo:s; in
am. ambiā. si aut̄ iueniēt i bo. fit s; antiquitatē. In cōpositis
tñ inenit illud futurū in bo. et in am. vt trāsibit et trāsi-
et: pibit et periet. vii in Luca. Lelū et terra transibūt. v̄ba
autē mea nō trāsiēt. Hec de formatiōe p̄teriti pfecti et su-
pinis v̄boꝝ dicta sufficiāt. Amodo de formatiōe alioꝝ tē-
poꝝ videamus. De formatiōe p̄sonarꝝ a se inuicē.

Prima psona p̄ntis t̄pis idicatiui mōi a nullo for-
mat. Scđa aut̄ psona p̄ntis idicatiui mōi
format a p̄ma hoc mō. In p̄ma ɔiugatiōe qđēo mutat̄ i
as. vt amo as. In scđa aut̄ ɔiugatiōe eo. mutat̄ i es pdu.
vt doceo doces. itaq; necessario vna syllaba minor ē qđ p̄-
ma psona: vt moneo mones. In 3^a ɔiugatiōe o. mutat̄ in
is. nisi definat i io. vt lego gis. si v̄o definit in io. o. mutat̄ i
s. vt facio facis fugio fugis. In q̄rta ɔiugatiōe sil̄r o. mu-
tat̄ in s. vt audio audis: munio munis: nisi definat in eo.
nā tūc e. mutat̄ in i. z o. in s. vt eo is: queo gs. Tertia autē
psona gnäl̄r format a z^a s. mutata i t. vt amas amat. Ex
hoc p̄z q̄ ait ingt: negt scribunt̄ p t. nō p d. Nullū. n. v̄bū
tertiā psonā i d. termiat. Prīa aut̄ psona pluralis format
a tertia singlari remota t. t addita m^a: vt amat amam̄
in oī ɔiugatōe. Scđa v̄o plal̄ fit a z^a singu. iterposita ti. vt
doceo doces docetis. Tertia plal̄ fit a 3^a singulari i p̄ma
t scđa psona ɔiugatiōe. iterposita n. vt amat amāt: docet
docēt. In tertia v̄o t in q̄rta ɔiugatōe format a prīa pso-
na singlari: o mutata i unt: vt lego legūt: ingo inqunt: aio
aiūt: eo eūt. Prīa psona singularis p̄teriti imperfecti idic-
atiui format a scđa psona p̄ntis idicatiui modi singularis
nūeri in prīa t scđa. t ēt in q̄rta ðsinētib^a i eo: remota s. t
addita bā: vt amas amabā: doces docebā: eo is ibam. In
tertia v̄o ɔiugatōe: t ēt i q̄rta in nō ðsinētib^a i eo format
a prīa psona p̄ntis idicatiui modi: o mutata i e. pdu. t ad-
dita bā: vt lego legebā: audio audiebā: qđ videt fallere i
munibā t polibā: p̄ muniebā t poliebā: sic dicā in mūio
munis. z^a v̄o psona fit a p̄ma: m. mutata in s. vt amabam
amabas. 3^a fit a scđa s. mutata in t. vt docebas docebat.
Prīa psona plal̄ format a 3^a singulari t. mutata i mus: vt
amabat amabam^a. Scđa v̄o psona plal̄ format a scđa sin-
gulari iterposita ti. vt amabas amabitis. 3^a v̄o format a
tertia singulari: iterposita n. vt amabat amabāt. Prīa p-
sona singularis futuri idicatiui mōi format a scđa psona
p̄ntis idicatiui mōi in prīa t scđa t i q̄rta ēt ɔiugatōe de-
sinētib^a in eo remota s. t addita bo: vt amas amabo: do-
ces docebo: t eo is ibo. Tñ ɔposita ab eo iueniunt̄ i bo: t
in am. futuꝝ facere: vt trāsibo trāseā: p̄teribo p̄tereā. In
3^a v̄o ɔiugatōe t in q̄rta i nō ðsinētib^a i eo formant̄ a prīa
psona p̄ntis t̄pis idicatiui mōi: o mutata in am. vt lego le-
gā: audio audiā. z^a psona fit a prīa hoc mō. Si prīa futuri
definit in bo. o mutat̄ in is: vt amabo amabis: si definit i
am mutat̄ in es: vt legā leges. 3^a format a scđa s. i t. muta-
ta: vt amabis amabit. Prīa psona plalis format a tertia singu-
lari: remota t. t addita mus: vt amabit amabimus.
Scđa psona plalis format a scđa singulari: iterposita ti.
vt amabis amabitis. Tertia plalis format a tertia singu-
lari: iterpusita n. si ðsinat futuꝝ in am: vt leget legēt: au-
diēt audiēt: trāsiet trāsiēt. Si v̄o ðsinat futuꝝ in bo. for-
mat a prīa psona singlari: o mutata i unt: vt amabo ama-
būt: docebo docebūt: trāsibo trāsibūt. Olim tñ v̄ba q̄rte
ɔiugatōis faciebāt futuꝝ idicatiui i bo. v̄l i bor. vt supra
diri cū egi de h̄teritis v̄bor. q̄rte ɔiugatiōis in fine.

Secunda persona presentis imperativi formatur a secunda persona presentis temporis indicatiui modi singularis numeri: remota.s. vt amas amar; doces doce; audis audi. In tertia tamē coni-

gatione remota s. et i. mutata in e. ut legis lege. Quedā tñ pserunt p apocopā: vt dic. duc. fac. et fer. Tertia psōna ī peratiui ē silis tertie psōne pñtis tpis subiūctivi: vt am̄ amet: cū amē amet. et sic ī oī ſiugatiōe: et formaē a p̄ma ī dicatiui hoc mō. In p̄ma ſiugatiōe o. mutata ī et. vt amo am̄et. in alys ſiugatiōib⁹ o. mutata ī at. vt doceo doceat: lego legat: audio audiat. Itē p̄ma psōna pluralis formaē tur a tertia singlari remota t. et addita mus. vt amet am̄us: doceat am̄? r̄c. Scđa psōna pluralis formaē a scđa singulari addita te. syllaba: vt ama amate: doce docete. in tertia tñ ſiugatiōe mutat e. in i. cor. et addit te. syllaba: vt lege e. in i. mutata: et addita te. fit legite. Tertia psōna pl̄alis fit a tertia singulari interposta n. vt amet am̄ent. Scđa psōna singularis futuri ipatiui formaē a scđa pñtis ipatiui addita to. vt am̄ amato: doce doceto: audi audito. in tertia tñ ſiugatiōe e. mutat in i. breue et addit to. vt lege legit. Tertia psōna ē silis scđe: vt amato tu amato ille. Prima vō pluralis futuri ipatiui ē silis p̄me psōne pl̄ralis pñtis ipatiui: vt amem⁹: doceam⁹: legam⁹: audiam⁹. Scđa psōna pl̄alis formaē a scđa singulari addita te. vt amato tote. doceto tote. legit. tote. audito tote. Tertia psōna pluralis futuri tpis ipatiui formaē a tertia psōna pl̄ralis numeri pñtis idicatiui modi addita o. vt amāt amāto: docēt docēto: legūt legunto: audiūt audiūto.

Prima psōna singularis pñtis optatiui modi formaē a scđa psōna pñtis ipatiui modi addita re. vt am̄ amarē. Scđa psōna formaē a p̄ma psōna p̄tis optatiui modi m. mutata ī s. vt amarē ares. Tertia psōna formaē a scđa s. mutata ī t. vt amares amaret. Prima psōna pluralis formaē a p̄ma sing. addita us. vt am̄e amarem⁹. Scđa psōna pl̄alis fit a scđa singu. interposita t. syllaba: vt amares aretis. Tertia pl̄alis formaē a 3^o singu. interposita n. vt doceret docerēt. Prīa psōna futuri optatiui sing. formaē a p̄psōna pñtis tpis idicatiui singu. numeri hoc mō. In p̄ma qdē ſiugatiōe o. mutata ī em. vt amo amē. In oib⁹ alys ſiugatiōib⁹ o. mutata ī am. vt doceo doceā: lego legā: audio audiā: eo eā. Scđa psōna formaē a p̄ma futuri optatiui m. mutata ī s. vt amē ames. Tertia psōna formaē a scđa s. mutata ī t. vt ames amet. Prīa psōna futuri optatiui pl̄alis formaē a p̄ma singula. addita us. vt amē amem⁹. Scđa psōna pl̄alis a secūda singu. interposita ti. vt ames ametis. Tertia psōna pl̄alis formaē a 3^o singlari interposita n. vt amet ent. legat ant.

Subiūctiu⁹ in pñtis tpe ē poia silis futuro optatiui. Preteritū enī imperfectū subiūctiu⁹ est simile p̄senti et p̄terito imperfectio optatiui.

Infinitiu⁹ formatur a scđa persona impatiui addita re: vt am̄ amarē: audi audire. Futuru⁹ vō infinitiu⁹ fit p̄ suppletionē suppōni cū hoc infinitiu⁹ ire: vel p̄ suppletionē participi⁹ futuri tpis termini tū cū hoc infinitiu⁹ esse; vt infinitiu⁹ amatus⁹ ire vel amatur⁹ esse. Nūc de his que formant a p̄terito pfecto indicatiui modi videamus.

Prima persona p̄teriti plusq̄pfecti idicatiui modi formaē a suo p̄terito pfecto i. mutata ī e. cor. et addita rā. vt amauī amauerā: cucurri cucurrerāz. Scđa psōna formaē a p̄ma m. mutata ī s. vt amauerāz amaueras. Tertia fit a scđa psōna s. in t. vt docueras docuerat. Prima psōna pluralis formaē a tertia sing. remota t. et addita mus. vt amauerat amaueramus penl. pdu. Scđa psōna pluralis formaē a tertia singu. addita is. vt amauerat amaueratis. Tertia pluralis formaē a tertia singu. interposta n. vt amauerat amauerant.

Prima persona p̄teriti pfecti et plusq̄pfecti optatiui modi addita s. et sem. vt am̄ am̄i amauissez.

cucurri cucurrissem. Scđa aut̄ psōna formaē a sua p̄ma m. mutata ī s. vt amauissez amauisses. Tertia formaē a secūda s. mutata ī t. vt vtinā amauisses amauisset. Prima psōna pluralis formaē a tertia singu. remota t. et addita mus. vt vtinā amauisset amauissemus. Scđa persona pluralis formaē a tertia singu. addita is. vt vtinā amauis set amauissetis: cucurrisset cucurrissetis. Tertia persona pluralis formatur a tertia singu. interposta n. vt vtinā amauisset amauissent: momordisset momordissent.

Prima persona singularis p̄teriti pfecti subiūctivui formaē a p̄ma psōna p̄teriti pfecti indicatiui modi i. mutata ī e. cor. et addita rim. vt amauim amauerim: pepēdi pependerim: acui acuerim. Secūda psōna formaē a sua p̄ma m. mutata ī s. vt amauerim amaueris: lauerim laueris. Tertia formaē a secūda s. mutata ī t. vt laueris lauerit. Prima persona pluralis formatur a tertia singu. sui: remota t. et addita mus. vt amauerit amauerimus. Scđa psōna pl̄alis formaē a tertia singularis sui: addita is. vt amauerit amaueritis penl. cor. Tertia pl̄al formaē a tertia singu. sui interposta n. vt lauerit lauerint. Et p̄dictis p̄z q̄ futuru⁹ subiūctiu⁹ est silē p̄terito pfecto subiūctiu⁹ p̄z oia excepta psōna p̄ma singularis numeri.

Prima psōna futuri subiūctiu⁹ formaē a p̄terito pfcō subiūctiu⁹: remota im. et addita o: vt amaueri amauero: cucurrerī cucurrero penl. cor. scđa formaē a sua p̄ma o mutato ī is. vt lauero laueris: pepēde, ro pepēderis penl. cor. Tertia fit a scđa psōa: s. i. t. vt amaueris amauerit. Prīa psōna pl̄alis formaē a tertia singu. sui: remota. t. et addita mus: vt amauerit amauerimus. Scđa psōna pl̄alis formaē a tertia singularis sui: addita is. vt amauerit amaueritis penl. cor. Tertia pl̄al formaē a tertia singu. sui interposta n. vt lauerit lauerint. Et p̄dictis p̄z q̄ futuru⁹ subiūctiu⁹ est silē p̄terito pfecto subiūctiu⁹ p̄z oia excepta psōna p̄ma singularis numeri.

Preteritū pfectū et plusq̄pfectū infinitū pfectū a p̄terito pfecto et plusq̄pfectū infinitū pfectū optatiui: remota m. vt vtinā amauissez amauisse: momordisse: legisse: iuissem iuisse: r̄c. De formatione temporum passiu⁹.

Passiu⁹ p̄ma psōna formaē a p̄psōna actiui pñtis indicatiui modi: addita r. vt amo amor. Scđa vō psōna formaē a scđa actiui interposta ri. vel remota s. et addita re. vt amas amaris v̄l amare. In tertia tñ ſiugatiōe mutata ī actiui ēt i. in e. vt legis legeris v̄l legere. Tertia vō psōna passiu⁹ formaē a tertia actiui addita ur. vt amat amarē: docet doceēt. Prīa psōna pl̄al pñtis idicatiui mōi formaē a prīa psōna actiui pl̄al us ī ur. mutata: vt amam⁹ amamur. Scđa formaē a scđa actiui pl̄al us. mutata ī mini. vt amatis amamini: docetis docemini legitis legimini: auditis audimini. Tertia vō passiu⁹ formaē a tertia actiui pl̄alis addita ur. vt amant amant.

Prima psōna p̄teriti imperfecti passiu⁹ indicatiui modi formaē a p̄ma psōna singu. preteriti imperfecti actiui: m l̄ra mutata ī r. vt amabam amabar. Scđa psōna passiu⁹ formaē a scđa actiui: interpositari ri. vel remota s. et addita re: vt amabas amabar is vel ambare. Tertia vō passiu⁹ formaē a tertia actiui addita ur. vt docebat docebat. Prīa vō psōna pl̄alis passiu⁹ formaē a p̄ma pluralis actiui: us ī ur mutata: vt amabam⁹ amabamur. Scđa formaē a scđa actiui: tis mutata ī mini. vt amabatis amabamini: docebatis docebomini. Tertia psōna formaē a tertia psōna actiui addita ur. vt legebant legeban⁹: audiabant audiabantur,

Futuri indicatiui passiuui p̄ma p̄sona formaē a pri-
ma p̄sona futuri idicatiui actiui addita r. si
futurū desinat i bo. amabo amabor: docebo docebor. Si
aut̄ futurū actiui desinat i am. formaē a futuro actiui m.
mutata in r. vt legā legar: audiā audiar. Sc̄da p̄sona passi-
ui formaē a sc̄da actiui hoc mō. Si futurū actiui desinat i
bis i. mutata in e. iterponiſ ſi. yl remota s. et addita re. vt
amabis amaberis vel amabere: docebis doceberis yl do-
cebere. Si enī futurū actiui desinat in es in sc̄da p̄sona: tūc
iterponiſ ſi. vel remota s. et addita re. vt leges legeris vel
legere: audiā audies audieris yl audiere penl. pdu. Tertia
autē p̄sona passiuui formaē a tertia actiui addita ur: vt
amabit amabiſ: leget legeſ: audiet audieſ. Prima vero
p̄sona pluralis passiuui formaē a prima pluralis actiui us.
mutata in ur. vt amabit̄ amabit̄: legem̄ legemur.
Secunda formaē a secūda actiui tis. mutata in mini. vt
amabit̄ amabit̄: docebit̄ decebit̄: legetis lege-
mini: audietis audiemini. Tertia persona passiuui formaē
a tertia persona actiui addita ur. vt amabūt̄ amabūt̄:
docebūt̄ docebūt̄: legent̄ legētur: audiēt̄ audiētur.

Imperatiuiſ presentis passiuui formaē ab ipe-
ratiuo p̄ntis actiui: et a sc̄da p̄so-
na addita re: vt ama amare: audi audire. Tertia persona
formaē a tertia actiui addita ur. vt amet̄ amet̄: doceat
doceat̄: legat̄ legat̄: audiat̄ audiat̄. Prima p̄sona pluralis
passiuui formaē a p̄ma pl̄alis actiui us. mutata i ur. vt ame-
mus amemur. Sc̄da formaē a 2° actiui te. mutata i mini
vt amate mini. docete cemini. legite giminī. audite mini.
Tertia vo p̄sona formaē a tertia actiui addita ur. vt amet̄
amet̄: doceat̄ doceant̄: legat̄ legant̄: audiāt̄ audiānt̄ur.

Futurum imperatiui passiuui in sc̄da et tertia p̄so-
na singu. qz ſiſes sunt: formaē a sc̄da p̄-
sona iperatiui futuri actiui addita r. vt amato amator tu
amator ille. doceto docetor: legit̄ legit̄ penl. cor. audit̄
audit̄ penl. pdu. Prima aut̄ p̄sona pluralis futuri ipe-
ratiui passiuui est ſiſis p̄me p̄sona pluralis p̄ntis impatiui
passiuui: vt amemur: doceamur: legamur: audiamur. Se-
cūda p̄sona pluralis futuri impatiui passiuui formaē a se-
cūda pluralis futuri iperatiui actiui tote mutato in mō:
vt amat̄ amaminor: docetote docemino: legitote legi-
mino: auditote audimino. Tertia autē formaē a tertia
pluralis futuri ipatiui actiui addita r. vt amāto amātor:
docēto docētor: legit̄ legit̄ penl. audiunto audiunt̄or.

Optatiuiſ passiuui in p̄ma p̄sona p̄ſentis forma-
tur a p̄ma p̄sona p̄ntis ſui actiui m.
mutata in r. vt amare amarer. Sc̄da p̄sona passiuui forma-
tur a sc̄da actiui p̄ntis optatiui modi iterpoſita ri. vel re-
mota s. et addita re: vt ytinā amares amareris vel amare
re: doceres docereris vel docerere: legeres legereris vel
legerere. ſiſr repies reperireris vel reperirere penl. pdu.
Tertia p̄sona passiuui formaē a tertia actiui addita ur. vt
vt amaret amaretur. Prima p̄sona pluralis optatiui pas-
siui formatur a prima persona pluralis optatiui actiui us.
mutata in ur. vt amarem̄ amarem̄ur. Secūda formaē
a sc̄da actiui tis mutata in mini. vt ytinā amaretis amare
mini: doceretis doceremini: legeretis legeremini: audire-
tis audiremini. Tertia autē formaē a tertia singu. actiui
addita ur. vt amarent amarent̄. Futurū optatiui passiuui
in prima p̄sona formaē a p̄ma p̄sona futuri optatiui ſui
actiui m. mutata in r. vt ytinaz amē amer: doceā docear.
Sc̄da p̄sona formaē a 2° p̄sona ſui actiui iterpoſita ri. vel
remota s. et addita re. vt ytinaz amē ameris vel amere:
doceā docearis yl doceare: ytinā audiaz audias audia-
ris vel audiare penl. pdu. Tertia p̄sona passiuui formaē a
tertia p̄sona actiui addita ur. vt ytinā amet̄ amet̄: doce-
at doceat̄. Prima vero p̄sona pluralis passiuui formaē a

De formis verboꝝ

p̄ma pl̄alis actiui us. mutata i ur. vt ytinā amemus amo-
mur: doceam̄ doceamur. Sc̄da p̄sona formaē a sc̄da pl̄u-
ralis actiui tis. i mini. vt ytinā amet̄ amemini: doceatis
doceam̄: legatis amini. audiatis amini. Tertia p̄sona fo-
maē a 3° actiui addita ur. vt ytinā amet̄ etur. doceat̄ ant̄.

Subiūctiuiſ p̄ns passiuui ē ſiſis futuro optati-
ui passiuui: vt ytinā yl cum amer-
ameris: t̄c. Preteritū ipfectū ſubiūctiui ē ſiſe p̄nti et p̄teri-
to ipfecto ſui optatiui: vt ytinā vel cū dokerer dokereris.

Infinitiuiſ 9 passiuui formaē ab ifinitio actiui e. mu-
tata i i. vt amare amari: docere doceri
audire: audiri. In 3° tis ſiugatiōe formaē ab ifinitio acti-
ui remota re. et e. mutata i i. vt legeſ ſegi. Futuro ifinitui
caret v̄bū passiuū: ſic et v̄bū actiuū: h̄z tñ p ipſo ſuppletio-
ne ſupi cū b̄ ifinitino iri. vt futuro amatu iri. Infinitiū
at deponētis et v̄bi cōis pdcō mō formaē ab ifinitio ſuo.

Preteritiſ perfectis et p̄teritis plusq; perfectis
oibus et futuris ſubiūctiui caret ver-
ba passiuua: et habētia litteraturā passiuā: habet tñ p ipſis
ſuppletionē per participia p̄teriti tēporis: cuſ ſum. es. eſt.
vt amat̄ ſuz vel fui: erā vel fuerā: eſſem vel fuſſez: ſim
vel fueriz: ero vel fuero: erūt p u. nō p i. yl fuerūt: amati
eſſe vel fuſſe. Hec de tēporibus et modis v̄boꝝ dicta ſu-
ficiant. Amodo de ſpeciebus verborum videamus.

De formis verboꝝ.

Species verboꝝ ſic diſ. pris. in. 8. li. ſunt due. p̄mi-
tina et deriuatiua. q̄ fere in oib̄ iueniunt̄
ptibus ořonis. Est igit̄ p̄mitiuia q̄ p̄ma positionē ab ipa nā
accipit: ferueo lego: domo: facio: garrio: albo. Deriuatiua
est q̄ a positiuis deriuat̄: vt feruesco: lecturio: domito: fa-
cēſſo: garrulo: albico: Sunt igit̄ deriuatiuoꝝ diuerſe ſpēs:
ichoatiua: meditatiua: freqntatiua: desideratiua: dimi-
tua. Inueniūt̄ p̄terea alia ſpēs q̄ p̄t dici moralis ſiue iu-
tiua: vt patriflo. Repit̄ et alia ſpēs q̄ p̄t dici apparitiua.

De verbo inchoatiuoꝝ.

Inchoatiuum v̄bū ē desinēs i ſco: significas
initiū act̄ yl passiōis ſui p̄mi-
tui: vt caleo calesco: q̄ ēt plerūq; a neutrī ſubſolutā vel i-
trinsecus natā ſignificatib̄ paſſionē deriuat̄: quoꝝ p̄mi-
tuoꝝ pleraq; ſunt ſc̄de cōiugatiōis: vt rubeo rubesco: pal-
leo pallesco: marceo marceſco: arceo arcesco: luceo luceſ-
co: pateo patesco. Jo aut̄ dicim̄ pleraq; qz iueniunt̄ ēt ex-
alys v̄bis ichoatiua: ſz raro: vt cupio cupisco: ſentio ſenti-
ſco: labo labasco: itegro itegrasco. Similr bio biſco: amo
amasco: misereor misefesco: ſz hoc magis a misereo reſ: ē
quo vetuſtissimi ſunt vſi: ex quo ipſonale ē miseret et mi-
ſereſ. Nā a misereor qđ est deponēt nec ichoatiuoꝝ in o.
desinēs: nec impoſonale poſſet naſci. Uino viuifco: ide re-
uiuifco. Uespasco quoq; videt̄ qſi a vespere. v̄bo veriu-
ri: vel p̄t deriuari a vespere vespere. Formant̄ aut̄ icho-
atiua a ſc̄da p̄sona p̄ntis antiqui indicatiui modi ſui p̄mitiui
addita co. vt labo labas labasco: ferueo ues. feruesco: cu-
pio pis. cupisco: ſcio ſciſ ſciſco: excipiſ ſlio as. qđ biſco non
biſco ſacit. vñ debisco debifcis: et ide debifces. Uetuſtis
ſimi tñ fatiſco et felliſ ſicebat: ex quo defiſcor et deſe-
ſus: qđ qdā a fateor eſſe deriuatū volūt. Hic attende ꝑ
verba inchoatiua ſunt tertie cōiugatiōis: ſic meditatiua
ſunt q̄rte et carēt p̄teritis p̄fectis inchoatiua: qz videlicet
p̄teritū p̄fectū ſignificat terminū rei v̄bi: ſz ichoatiua ini-
tiū. Itēſias q̄ qdā v̄ba deſinūt in ſco: q̄ nō ſunt ichoatiua
vt gesco geui: paſco paui: disco didici: poſco popoſci: ſue-
ſco ſueui ſuetus. Hec ponit̄ pris. in. 8. libro. Et in. 9. ponit̄
qđa alia de quib̄ dixi in p̄teritis tertie ſiugatiōis deſinē-
tiū in ſco. Preterea iſta nō ſunt ichoatiua: ſz in ſco. deſi-
nāt. ſ. noſco noui: ignoſco ignoui: cognoſco cognoui agno-
ſco agnoui agnitum: dinoſco dinoui: depoſco depescui. Et

quedā alia a p̄dictis cōposita: r̄ sorte quedā alia q̄ nūc nō occurrit memorie q̄ poteris agnoscere ad p̄teritū. Nā in choatiua carēt p̄teritis pfectis nisi forsitan ascisco r̄ cōcupisco: q̄ mō nō significat Ichōationē. vñ h̄sit p̄teritū suoꝝ p̄mitiuꝝ. s. asciiu r̄ cōcupiui. Nā ascio nō est in v̄su. Concupisco nūc valet c̄ptū cōcupiatio: vñ cōcupiscētia r̄ nō cōcupiētia. Et scias q̄ fm̄ p̄ris. frequentatiua frequēter faciunt ex se passiua. nā inchoatiua r̄ meditatiua magis sunt neutra. De meditatiuo verbo.

Meditatiuum verbū est v̄bū desinēs in urio significās meditationē actio-
nis vel passiōis sui p̄mitiuꝝ. Descēdunt aut̄ ista ab actiuis
v̄l neutris. Formant̄ aut̄ ab vltimo supino addita rio: vt
lectu lecturio. esu esurio. mictu micturio. partu parturio.
amatu amaturio. nuptu nupturio. dictatu dictaturio. et
sunt q̄rte iugatiōis: quō ichōatiua tertie: r̄ cor. u. aī r. vt
parturio parturis. lecturio lecturis. esurio esuris. Et fm̄
p̄ris. nullū v̄bū q̄rte iugatiōis b̄z u. cor. aī r. n̄ nisi medi-
atiū: q̄d cor. u. Ex hoc p̄z q̄ scaturio ris. cū nō sit medita-
tiū nō cor. u. aī r. sīc nec prurio ris. īmo pdu. Errauit aut̄
Uindocinēsis cum dixit. Et scaturizātes lesus abhorret
a q̄s. Carēt aut̄ meditatiua p̄teritis pfectis: q̄r videlicet p̄-
teritū pfectū significat terminū rei: s̄z ista meditationem
actiōis vel passiōis. Est. n. meditatio q̄sī media rei actio.
et sunt meditatiua neutra: vt in pluribus sicut ichōatiua.
Queri pōt de hoc v̄bo esurio ris: q̄d cū sit meditatiū: vt
dicit p̄ris. b̄z tñ p̄teritū sīc videt̄ in euāgelio Mat. Esuri-
ui etenim r̄ nō dedistis mibi māducare. Et tñ ēt b̄z p̄ris.
meditatiua v̄ba carēt p̄teritis pfectis. Ad hoc respondet
Hug. q̄ l̄ ars grāmatica ita exigat: pōt tñ aliter dici r̄ in-
ueniri in diuīa pagina q̄ nō coarta regulis grāmaticoꝝ:
sed forte p̄ris. ibi nōdū legerat. Esuriui r̄ nō dedistis mi-
bi māducare: q̄uis legamus ipm̄ fuisse sacerdotē: s̄z amo-
re Juliani apostatas: ita dicit Hug. Alij dicit: cū quibas
ego: q̄ esurio inq̄tū est v̄bū meditatiū caret p̄terito pfe-
cto: vt bñ dixit p̄ris. Aliqñ tñ esurio ris. est v̄bū neutrū r̄
absolutū: r̄ nullā meditationē notat: vt esurio. i. famē habui vel famui:
r̄ sic bñ p̄teritū pfectū. Itē dico q̄ l̄ theologia nō subdat
regulis Donati vel grāmatice tanq̄ ancilla: tñ vt̄ regu-
lis grāmatice tanq̄ dñā ad iperiuſ ſuū: q̄r Sapiētia edifi-
cavit ſibi domū: r̄ excidit colūnas ſeptē. i. ſeptē liberales
artes. Nec putādū falsū oē q̄ theologie periti vtanē lati-
nitatib̄ v̄ veritatē artis grāmatice: cuz Augustinus Ambro-
sius Hieronymus Gregorius fuerint boni grāmatici.
Uerū tñ est q̄ theologi vtuntur aliquñ allotheaca: vt Ser-
monē quez vos audistis nō est meus: sīc r̄ ipſi grāmatici.
Uñ Virgi. Urbē quā statuo yestra est. Aliqñ vtunē me-
thaplismo: moysi pro moyses. Sed aliquñ vtunē tropo: vt
Turbat̄ est herodes r̄ oī hierosolyma cuz eo. r̄ mortui
sunt q̄ querebāt aiaꝝ pueri. Et hoc etiā l̄ doctorib̄ theo-
logie: q̄r etiā fm̄ Donatū barbarismus est vna ps̄ oronis
vitiōsa in cōi fmone: in poemate methaplasmus. i. in ore
Sapiētis: q̄r v̄t dicit Quidius. Si fuit errādū caſas bñ er-
ror honestas. Lex etiā humana dīc. Nō oīuz q̄ a maiori-
bus tradita sunt rō redi pōt. Hoc aut̄ q̄d dicit Hug. qui
multos ſeq̄ces bñ q̄ theologia nō coarta sub regulis grā-
maticoꝝ videt̄ posse hēri ex v̄bis Gregorij: q̄ ita dicit in
ep̄la ſug Job in fine eple. Queso ingt̄ vt bñ op̄is dicta per
currēs in his v̄boꝝ folia nō regras: q̄r p̄ ſacra eloquia ab
eoꝝ tractatorib̄ ifructuose loq̄citatis leuitas studioſe cō-
pescit: dū in tēplo dei nemus plātari phibef̄. Et cūcti p̄-
culdubio ſcim̄: q̄r quotiēs in foliis male lete ſegetis cul-
mi p̄ficiūt minori plenitudine ſpicaꝝ grana turgescunt.
Vnde ſipsam loquēdi artem quam magisteria discipli-
ne exterioris iſtuāt ſeruare deſpegi. Nā ſīc bui? quoꝝ

De formis verborū

41

eple tenor enūciat: nō methacismi collisioneꝝ fugio: nō
barbarismi ɔfusionē deuito: ſitus motusq; etiā p̄poſitio-
num casus ſuare ɔtēno: q̄r idignuz v̄bemēter existimo:
vt v̄ba celeſtis oraculi ɔſtrīgā ſub regulis Donati: neq;
enim hec ab v̄llis ɔtēptibus in scripture ſacre auctorita-
te ſeruata ſūt. Ex q̄ nimiz q̄r noſtra expositio oris dignū
pfecto eſt: vt q̄ſi edita ſoboles ſpēm ſue matris imitetur.
Hec oīa Grego. Sed itellige v̄ba Grego. ſīc dixi: q̄r vide-
licet nō ɔſtrīgunt̄ v̄ba ſacri oraculi tāq̄ ancilla ſub dñā
ſub regulis Donati: ſz ſīc dñā theologia vt̄ ſi artiū v̄tate.
Itē Grego. talij ſacri doctores nō ſuāt ſemp doctrinam
quā tradidit Donat̄ in li. qui dī barbarismus. Nō enim
ſemp v̄tāt in dictis ſuis methacismū: labdacismum: iota
cismū: collisiōes r̄ h̄: que ſunt q̄ſi folia: ſz magis faciunt
v̄m in ſnīa. vñ ipſemet Donat̄ q̄n multa v̄tia numera-
uit in ca. de barbarismo ita dīc. Nos aut̄ cauēda hec oīa
v̄tia p̄locuti ɔtrouersiā de noīe p̄tinacib̄ relinquantus.
Multi. n. faciūt v̄m in foliis r̄ ornati v̄boꝝ potius q̄s in
ſnīa r̄ v̄ritate: quod ſancti doctores deuitant.

Nunc de verbo frequentatiuo.

Frequentatiuum verbum eſt in to vel in ſo. vel in xo. desinēs: ſi-
gnificans freq̄ntationē actiōis ſiue freq̄ntiā act⁹ ſui p̄mi-
tiui. Et v̄ba frequentatiua faciūt frequentēr de ſe passiua.
Nā ichōatiua r̄ meditatiua magis neutra ſunt. Deriuant̄
aut̄ frequentatiua plerūq; a ſupinis mutatōe extreme
ſyllabe u. i. o. vt ſcriptu ſcripto. dictu dicto. curſu curſo. do-
mitu domito. neru nexo. flexu flepo. Si aut̄ ſint p̄me cō-
ingatōis v̄ba ea a q̄bus deſcēdūt: r̄ habeat penl. a. mutat̄
a. in i. cor. r̄ u. i. o. vt impatu impito. rogatu rogito. volatu
volito. Ideo aut̄ dicimus plerūq; a ſupinis ea deriuari: q̄r
in gi. terminātia p̄teritū a p̄ntis ſcōda pſona abiecta s. r̄ ad
dita to. faciunt frequentatiua: vt lego legis legit̄: fugio
fugis fugito: ago agis agito: cogo cogis cogito. penul. cor.
vnde mergo: q̄r mersi ſacit: ſupiorum ſeruat regulam. i. a
ſupino fit frequentatiū mersu mersu ſas. Quero querito
dīrie cauēda ſacit: q̄r queſo queſito ſacit. Scitor ſcitaris no-
tādū quoq; r̄ ſcifcitor taris. q̄r a primitivo actiū depo-
nentia ſunt nata: q̄r videlz a ſcio ſcis ſcitu. u. in or ſit ſcitor
taris. r̄ a ſcisco ſcis. venit ſcifcitor taris. ſ. finali mutata in
tor ſcifcif ſcifcitor. Noſco quoq; noſcito ſacit. dīc̄ ſi etiam
not̄ eſt q̄n mutant o. in i. cor. vt agnir̄ cognit̄: tñ ignor̄
ſuauit o. longā. Hunc tñ q̄dā deficiētia in ſupino q̄ raro
faciūt frequentatiua: vt ab egreo egrēſco r̄ egrōto: r̄ ſunt
oīa freq̄ntatiua p̄me iugatiōis: r̄ ſuāt ſignificationē pri-
mitiuꝝ: q̄uis videant̄ q̄dā ex his in aliū ſenſiū trāſire:
vt traſo traſto: cogo cogito: dico dictu dicto: ſz ſigs attē-
tū ſiſciat nō penitus abſiſtūt hec a p̄mitiuꝝ ſignifi-
cationē. Notādū ēt ſector ſtaris. q̄d dīrie cā puto p̄ ſync-
paꝝ u. penul. plātā ne puteat nomē ſi ſecutor dicerem̄: cū
ſupinū p̄mitiuꝝ ei ſecutū ſit. Raro tñ deriuatiōes huiu-
ſcemodi ſpēꝝ ſiūt a v̄bis i. or. ſinētib̄: q̄r videlz fere oīa
deſcēdūt a v̄bis actiūis r̄ neutrīs. Multa ēt alia v̄ba fre-
quentatiua iueniunt̄ q̄ formant̄ a ſcōda pſona p̄ntis q̄ non
enumerat p̄ris. ſīc patebit in q̄nta pte. Hic attēde q̄ ſu-
pina ſeu p̄ticipia v̄balia deriuatiua a v̄bis q̄rte iugatiō-
nis vel a v̄bis tertie q̄ h̄ſt p̄teritū r̄ ſupinū ad modū q̄r-
te: vt auditū r̄ cupitū: oīa p̄ducūt i. ante t. exceptis his q̄
ɔponūt a ſupinis correptis: vt auditū negtū initū p̄titū.
Et q̄cqd dī ſe ſupinis dōm eſt de v̄balibus r̄ frequentati-
uis eoꝝ: vt domitū domitor: r̄ domito domitas penl. cor.
Excepto ambitū ſupino q̄d p̄ducit: r̄ ſilr̄ ambitus partū
cipiū: ſed hic ambitus ambitus corripit penultimat̄.

De desideratiuo verbo.

Pars III

Desideratiuum verbū est vbiū desinēs in so: significās desiderationem actiōis vel passiōis sui p̄mitiui: vt viso visis.i.cupio vide re. idē visens.i.cupiēs videre. Ueniūt h̄ vba ab actiūis vel neutrīs. Formant̄ n. qdā ab ultimō supino u. mutata in o. vt visu viso visis. idē iuiso. sis. penul. pdu. Quedam aut̄ formant̄ a sc̄da p̄sona singulari p̄ntis idicatiui mutato i. qd̄ p̄cedit ultimā ɔsonatē in e. et addita so. vt capio capis capessō: facio facis facessō. Quedā formant̄ a sc̄da p̄sona p̄ntis idicatiui addita so. sic ea q̄ formant̄ a vbiū secū de ɔiugatiōis. vt arceo arces arcessō. Inueniē tñ instatia in ḡbusdā s̄c̄ in desideratiuis q̄ veniūt a cōpositis de ciōcis. Nā vt dicit Hug. cieo et cōponunt̄ p̄ ad. et d̄ accieo acciui accitū: et accio acciui accitū. i. aduocare: appellare. Sed antig in tali cōpōne solebat mutare d. in r. dicentes aruolare arceo. Sz nos dicimus aduolare accio mutatēs in xpōne d. in c. sequēte c. Sic ḡ d̄ accio accis f̄m moder nos: arcio arcis f̄m antiquos in eodē sensu. Et ab v̄rōq̄ istoꝝ descēdit vbiū desideratiūz in so. Ab arcio antiquo deberet dici arcessō sis: s̄z q̄r arcessō descēdit ab arceo: iō cā d̄rie mutatū est p̄mum s. in r. in eo qd̄ descēdit ab arcio cis antiquo: et d̄r arcero sis. Itē ab accio cis moderno deberet descēdere regulariter accesso. sis: sed q̄r accedo. dis accessu descēdit: s̄līr accesso: iō cā d̄rie in eo qd̄ venit ab accio mutatū est p̄mu s. i. r. et d̄r accerso sis. Inueniē ḡ arcer so ab arcio cis. Itē accesso ab accedo accessu. Inueniē ad buc aliud vbiū desideratiū ab accerso sis: et q̄rte cōiugatiōis in eadē significatiōe cū eo: et h̄z r. in āpenul. syllaba accerso sis. Un Actu. io. Accersi symonē. Et sunt vba desideratiua tertie ɔiugatiōis: h̄nt tñ p̄terita et supina admodū q̄rte. Tñ accersio iuueniē q̄rte ɔiugatiōis olim: sed moderni utunt̄ accerso sis tertie ɔiugatiōis: qd̄ idem est cum illo antiquo vbo accerso sis q̄rte ɔiugatiōis. De verbis desideratiuis dixi supra vbiū determinaui de p̄teritis tertie ɔiugatiōis desinētiū in so. De vbo diminutiuo.

Diminutiuum vbiū est vbiū desinēs in lo. si gnans diminutionem actionis sui primitiui. Deriuant̄ aut̄ h̄ vba a vbiū neutrīs vel actiūis. Formant̄ vbo a p̄ma persona p̄ntis idicatiui modi mutato eo qd̄ sequit̄ ɔsonatē a q̄ icipit sc̄da syllaba in illo vt sorbeo sorbillō: vel in ulo: garrio garrulo. Laluo tñ fac cauillo pro caluillo: ex quo calūnia: et facit calui calutum: sicut solui solutū: sed istud supinū calutū nō est in yslu.

De verbo morali.

Morale vbiū siue imitatiū vbiū ē significās morem rei sui p̄mitiui. vt patrisso. i. morem p̄ris gero v̄l imitor. Deriuant̄ aut̄ h̄ vba q̄nq̄ a noie: qn̄q̄ a vbo. Formant̄ vbo aliquā ab ablō singulari. mutato e. qd̄ sequit̄ ɔsonatē ultime syllabe in is et addita so. vt patrisso. vel mutato o. in is. et addita so. vt greco grecis so. vel mutato o. vela. i. or: vt philosopho philosopho: philosopharis: et poeta poetor̄ poetaris. Et vt dicit p̄ris. in. i. maio. sepe p̄. 5. solem̄ s. geminatū ponere: vt patrisso sas.

De verbo apparitiuo.

Apparitiuum vbiū est vbum desinēs in co. si gnans apparitionem actionis rei sui p̄mitiui. Descēdūt aut̄ h̄ vba a vbiū actiūis v̄l neutrīs: et formant̄ a sc̄da p̄sona p̄ntis idicatiui extrema p̄rte ultime syllabe mutata in i. co. et addita co: vt vello vlico: fodio fodis fodico: albo albas: albico cas. i. appareo albore. Hora. in. 5. carminū. Nec prata canis albicat pruinis. Itē nutritio nutritio et nutritio. Un Licero i. z. d nā dcop. Dia q̄ siē mēbra et ptes suas nutritiā et tinet.

De verbis impersonalibus.

Impersonalia oia vt dicit p̄ris. in. 8. li. v̄l ab actiūis v̄l a neutrīs deriuant̄:

vt amo amā: sto stat: placeo placet. Et scias q̄ vba impōnalia nō d̄scēdūt a vbiū ip̄fectis: nec a vbiū passiūis cōib̄ d̄ponētib̄: nec a vbiū anormalis nisi ab istis duob̄ fero et edo: nec a d̄fectiūis: vt odi: noui: cepi: memini: nec ab alijs defectiūis: vt ait et iquit: nec a vbiū neutropassiūis: vt gau deo fio et. nec a vbiū excepte actiōis: vt pluit: tonat. nec a verbis significātibus passionem illatā: vt palleo: rubeo: nec a vbiū significātib̄ passionē illataz: vt vapulo veneo: nec ab hoc vbo facio. cis. cum suis cōpositis q̄n nō recipiunt passiūū: vt benefacio: calefacio: tepefacio: malefacio. vñ nō est dicendum. A me bñfaciēt: a me tepefaciēt. Uide etiā in libeo. Sūt etiam qdā imp̄sonalia actiue vocis: q̄dam passiue: iter que est d̄ria hec: qz imp̄sonalia actiue vocis p̄nt cōstrui cum infinitiis vboꝝ: vt placet mihi lege re. Sz imp̄sonalia passiue vocis nō. vñ male d̄r. A me desiderat̄ legere. Item imp̄sonalia actiue vocis regūt ante se eosdem casus quos regūt sua p̄sonalia post: vt mihi placet: places mihi. Imp̄sonalia passiue vocis non. vñ male d̄r. A me legit Virgilium. Item scias q̄ sunt quedā vba imp̄sonalia nō simp̄l: s̄z ex adiūcto que sequunt̄ construcciōes illoꝝ verboꝝ imp̄sonaliū quib̄ adiūgunt̄. s̄. icipit: debet solet: desinit: potest: et vult: vt Socratis incipit iter esse legere. Socrate icipit docere legere. Socrate incipit penitere peccare. A socrate icipit legi. et sic de p̄similibus. Numeri. zi. Tedere cepit ppl̄m itineris atq; laboris.

Nota q̄ d̄ria est inter ifinitiū vbiū ip̄sonalis passi ue vocis: et ifinitiū passiūi vt vult p̄ris. in. 2. mino. qz ifinitiū vbiū ip̄sonalis ad p̄fectā obstructionē idiget ablō: ifinitiū v̄o passiūi nō. Itē qz ifinitiū vbiū ip̄sonalis struit̄ cū ablō itrāstiu: ifinitiū v̄o passiūi trāstiu. Itē qz ifinitiū vbiū ip̄sonalis resoluit̄ in actuū: ifinitiū aut̄ passiūi in passiūū. Itē qz ifinitiū vbiū ip̄sonalis nō struit̄ cū accusatio: ifinitiū v̄o passiūi sic. Scias etiā q̄ si vbiū passiūū struit̄ cū ablatiuo p̄siderat̄ dū est vt ille ablatiuo denotet cām efficientē vel alia. Si enī efficientē denotat tūc debet ponī cū p̄positiōe: vt diligor a platone. Si. n. denotet materialem vel alia p̄ter efficientē: non debet ponī cū prepositione. vñ male dicit verberor̄ a baculo: vel spolior̄ a prebēda: qz sequeret̄ iam q̄ posset fieri conuersa locutio: vt dicere. Prebēda spoliat me: quod est contrarium rationi.

Sunt alia vba vt dicit p̄ris. in. 8. lib. q̄ ex vbalib̄ nascunt̄ noib̄ vel p̄ticipis: vt a rego rex: a rege regno: a diuco ductus: a quo ducto: a lego lecto: a quo lectrurio et lectito. Et sciēdū q̄ frequēter apud grecos ex noib̄ dignitatū solent deriuari vba q̄ actū vel administrationē ipsiū dignitatis significāt. Apud latinos at dignitatū noia pleraq; ex vbiū v̄l noib̄ nascunt̄ q̄ faciūt vba: vt cōsul a p̄sulēdo: dictator a dictando: q̄stor a q̄stu: edilis ab edibus: pretor a p̄eundo: ductor a ducēdo: iperator ab iperando. Ergo rex qd̄ solū a regendo nascit̄ peperit ex se aliud vbiū regno. A villico noie etiā villico cas. vel villicor̄ caris. dicebāt antig. A metalloꝝ quoq; noib̄ solent nasci vba: vt ab aurū auro ras. ab es eris ero eras. vñ aurat̄ et eratus. Et a multis quoq; alijs noib̄ inueniūt vba deriuari: vt a cornice cornicor̄: et a frutice fruticor̄. Persius. Nescio qd̄ tecū graue cornicaris inepte. Et a phūs quoq; philosophor̄ pharis. et ab architecto architec tor̄ ctaris. A p̄re patro patras et patrisso: a greco grecis so: a spuma spumo: ab vnda vndo das. abūdo inundo: ab aqua aquor̄ aquaris: a frumēto frumētor̄ taris. a pabulū pabulor̄ laris. antiquus antiquo antiquas: heres ab heredo: a grecus grecor̄ grecaris: a vespero vesperasco: a luce luceo: a nocte nocto: a mare vel maritus. marito. tas. ab hyeme hyemo mas. a fortūa fortūo nas: a bacho bachor̄ bacharis: a limpho limphor̄ limpharis. Artium vno noia

tam apud grecos pleraque est apud nos oia post vba nali-
ter sunt accipiēda: vt post doceo doctor: post pfecteō pfecteō
or: post suo sutor: post scribo scriptor: post oro orator. Et
sunt fere oia pfectioñ noia apud latinos vbalia: et in or
desinūt. Nam grāmaticus et phis et architectus et sophista
poeta greca sunt. Itaque ex noib⁹ ipsi⁹ hñt vba apud
grecos. vñ nos quoq; philosophor⁹ architector⁹ poetor⁹ in
vbi⁹ habemus. Oia quoq; que ex ipso actu agētibus impo
nunt ex vbi⁹ noia: nō ex noib⁹ vba p̄filiūt: vt amo ama
tor: mōeo monitor: curro cursor: lego lector: impo fil⁹ im
pator: vñl⁹ vñl⁹ duco ductor. Ab aduerb⁹s ēt et ppo
sitionib⁹ inueniunt deriuatiua vba: vt pendine pendino
nas. Cras ex quo crastinus: et pcristino nas. Intra vel in
tro: binc intro intras. Supra vel sup superas.

De gerundis.

Herūndia siue supina: nascunt̄ a vbo: et quodam
modo vba sunt. et iō de eis aliqd dice
mus. Simplr aut̄ gerūndia noia sunt vñ: pris. vñ dīc. He
rūndia aut̄ mibi noia esse vident̄. Herūndia aut̄ siue supina
nascunt̄ a vbo actiuo passiuo neutro impsonali deponēti
cōi. Sed que nascunt̄ ab actiuo resoluunt̄ in actiuum: vt
venio cā legēdi. i. vt legā. Que veniūt a passiuo resoluunt̄
in passiuu⁹: vt Frigidus in pratis cantādo rūpē anguis. i.
dum cācat. Que veniūt a neutrīs resoluunt̄ in neutrā: vt
venio cā dormiēdi. i. vt dormiā. Que veniūt ab impsona
lib⁹ resoluunt̄ in impsonale: vt venio cā a me amādi. i. vt a
me amē. i. vt ego amem. Consimile inueni in Lucano.
Māgnus timor tegis in audiēdo. i. dum ab aliquo audif.
Que veniūt a deponētibus resoluunt̄ in deponēs: vt ve
nio cā loquēdi. i. vt loquar. Que veniūt a cōibus retinent
significationē et constructionē actiua et passiuaz: vt venio cā
criminādi te. i. vt criminē te. vel venio cā criminādi a te
i. vt criminē a te. Itē gerūndi⁹ ponit̄ pro articulo greco
cōnfinitiuo: et iō eādez constructionē h̄z q̄stuz ad casuz: quā
habet infinitiu⁹. vñ si gerūndi⁹ descēdit a vbo actiuo regit
actiū se et post se. Ante se sicut infinitiu⁹ intransitive.
Post se transitive: vt magistrū legēdum est virgiliū. i. ma
gistrū dignum est legere virgiliū. Si descēdit a passiuo re
git an se et post se. et post se ablati⁹ cum p̄pone: vt magistrū ho
norādum est ab oib⁹. i. magistrū dignū est ab oib⁹ hono
rari. Si descēdit a vbo impsonali nō recipit aliū casuz q̄
siuum vbu: vt a me currit: et a me currēdum est. i. a me di
gnū est curri.

De hoc infinitiu⁹ iri.

De hoc infinitiu⁹ iri scias q̄ q̄ ponit̄ in suppletio
ne vbi⁹ impsonalis requirit an se ablati⁹ cū
p̄pone a. v̄l ab. vt vex est a me amatū iri. i. vex est q̄ ego
amabo. Sed si ponat̄ in suppletio vbi⁹ psonalis regit ac
ensatiuu⁹ an se. i. vex est me amatū iri. i. vex ē q̄ ego ama
bor. Job. 22. Et putabas te tenebras nō viſurum: et ip̄e tu
aquaz inūdātiū nō oppressuz iri. i. q̄ nō opprimēris: v̄l
q̄ nō opprimēdis es. **C**Nō hic q̄ hoc vbu est q̄n po
nit̄ cum gerūndy⁹ est impsonale. Nam scire debes q̄ hoc
verbū est pōt̄ esse vbu impsonale in quatuor locis. s. q̄n si
gnificat statuz: vt bñ est mibi. Q̄n significat contingentiam
vt est q̄n elemētum in duo diuidit̄: est. i. contingit. Q̄n clau
dit in suppositū ita q̄ nullo modo intelligat̄ extra: vt ita
est de sorte vt de eo dī. Q̄n ponit̄ cum gerūndy⁹ vel parti
cipi⁹ vboz impsonalium: vt a me legēdu⁹ est: a me lectū
est. De hoc vbo sum infra dicā cum agā de figuris: in capi
tulo de euocatione. Hec dicta de verbo sint.

De participio.

Participia et infinita vba ad similitudinē opta
tiuoz tpa hñt ciuncta p̄ntis et pte
riti impfecti et preteriti pfecti et plusq; pfecti: vt dīc pris.
in. ii. li. Participium aut̄ p̄ntis et pteriti impfecti nascit̄ a
puma psona pteriti impfecti in omni ciugatōe. bam. mu

tata in ns: vt amabam amans: docebam docens: legebas
legens: minicbam muniēs. Exceptis in eo desinentibus
quarte ciugatiōis vbi⁹: que mutantbam in ens: vt ibam
iens: quib⁹ quiēs: pterib⁹ pteriēs. Nec etiaz hñt per obli
quos casus pro ie eu: vt iens euntis: quiēs quiuntis: prete
riens ptereūtis. abiēs abeūtis: rediēs redeuntis: trāsiens
trāseuntis: subiēs subeūtis. Inueni etiam munib⁹ et po
lib⁹ pro munieb⁹ et polieb⁹. sed participia ab itegris fiūt
munieb⁹ et polieb⁹. inde polies et muniēs. Participium
aut̄ futuri tpis desinens in rus format̄ ab ultimo supino
addita rus: vt amatu amaturus: locutu locuturus. Par
ticipium enim preteriti perfecti et plusq; pfecti temporis
format̄ filr ab ultimo supino: vt amatu addita s. fit ama
tus: et desinūt ista participia in tus: vt amatus: in ctus ut
lectus: vel in sus ut visus: vel in xus: ut nexus. Mortuus
aut̄ in us desinīt. Participium aut̄ futuri temporis des
inens in dus fit a genitivo participij tpis p̄ntis: tis finali
in dus cōuersa: vt amās amātis amādius: pteriēs ptereū
tis ptereūdus: trāsiens trāseuntis trāseundus. Verbum
cōe habet oīum tempoz participia. Nam habet participiū
p̄ntis et pteriti impfecti in us: et futuri in rus inq̄tuz signi
ficat actionē. p̄dicta enim duo participia actionē signant.
Inde est q̄ vba actiua p̄dicta duo participia hñt. Item
verbū cōe habet participiū pteriti et futuri in dus: inq̄tū
signat passionē. Participiū enim in dus semp signat pas
sionē. Et inde est q̄ vbu deponēs istud participiū nō h̄z:
sed alia triū tēpoz participia h̄z. Participiū aut̄ in tus su
gnat passionē et etiā actionē aliqui: id est q̄ vbu deponēs
habet istud participiū. vt loquor locutus. Et inde etiā est
q̄ istud participiū signat actionē et passionē in verbo cōi.
Et ideo vtrāq; cōstructionē retinet: actiua. s. et passiuam:
nō gdē in vna platiōe: q̄ incōgrue dī. Sum criminatus
te a te: sed diuersis platiōib⁹: vñ congrue dicit̄. Ego sum
criminatus te: et ego sum criminatus a te. Participiū aut̄
in dus semp passionē signat. et ideo etiā in verbo cōmuni
cōstructionē tm̄ passiuā retinet: vt sum criminādus a te.
Participiū aut̄ futuri in rus: et p̄sens in ns. signat actiōes
semp. et ideo in verbo cōi cōstructionē retinet actiua: vt
sum criminās te: et criminaturis te. Nota hic q̄ partici
piū transit in nomē q̄tuor modis. s. cōparatione: vt doct̄
doctior doctissim⁹ nomē est. Nō. n. cōparat̄ participium
sicut nec verbū. Itē cōpositiōe q̄n cōponit̄ cū dictōe cu⁹
qua non cōponitur suū verbū: vt ipotens indoctus. Nō
eni dicim⁹ impossum vel indoceo idoces. Item tēporis
amissionē: vt amandus venit. i. dignus amari. Non. n. si
gnat tempus: sicut cū dicit̄ amādus. i. vt amet̄. Item cō
